

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

II. Benedictvs Accoltvs S.R.E. Cardinalis, Iacobo Sadoleto Episc.
Carpentoracti S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

II.

BENEDICTVS ACCOLTUS S. R. E. CARDINALIS, Iacobo Sadoleto Episc. Carpentoralti S.P.D.

NIHI gratius, nihil iucundius accidere mihi potuit tuis literis. Tum quod eas legens videbar tecum esse, quem loquenter audire semper mihi magnae voluntati fuit: tum quod erant plenissimæ & officij, & humanitatis, cum præclara significacione tua erga me voluntatis. Quæ etiū mihi iam ante perspecta erat, tamen quod candem illam absens ostendebas, quam omni tempore præfensi declaraveras, fuit mihi summopere gratum. Non quod de tua constantia dubitarem: sed illius commoratione sum maximè deleclatus. Ego autem, quod præclaro nosse debes, te ab ineunte ætate dilexi, scicique semper plurim, neque solum excellentem illam doctrinam tuam, sed grantiam etiam, & prudentiam tuam admiratus. Et, quod iudicium meum fuit de virtute tua, te vnum mihi in omni vita ab initio imitandum proposui. Quod si eò quod tendebam, accedere non potui: tuum tamen in me studium cum paterna benevolentia coniunctum, in coherunquam defuit. Quæ res ita in animo meo resideret, meque ita admonebat, ut me tibi plurimum debere probaret. Quod cum ita sit, perlungum tibi esse potest, omnia erga cuncte in me sunt, quemadmodum eriam dixi tuis, ad commendam & dignitatem tuam prompta esse, atque parata: meque nullum unquam officij genus prætermisurum, quod sibi possum esse tuis rebus. Tu quam perficis magnis laboribus, eò te receperis, ubi arbitratu tuo in literis, & cum dignitate viuere, non possum non probare omnium istud tuum, quod & tibi honestissimum, & nobis fructuofissimum est futurum. Sed facio, res nostras hinc maximè desiderare: quibus profectio si adelles, plurimum operari posse virtute tua. Et mihi imprimis gratillimum facere cunis ego quotidiana confusione, hominis omnium præstabilitati, quam familiarissimè vitæ vellem. Sed viro prudenti non audeo confidimus dare. Patruus meus tibi salutem reddit. Vale, me quod facis ama. Rome XII. Calend. Iulij, M. D. XXIX.

III.

I A C. S A D O L. E P I S C. C A R P E N T.
B. Accolto S. R. E. Cardinali S. P. D.

NIHI recordor permalitis hisce annis mihi accidisse gratias, neque optatus, quam tuas nuper literas plenissimæ enim fuerunt amoris, suavitatis, officij. Quodque ad præclaram